Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



senem donationum decauendi iudaismi disceptatione misisti ·
ad me ipse dignatus est mittere · atque ut eis responderem petendo
uehementius impenuit · Quem ueritus contemnere · ut possum
dño adiuuante respondeo · gratum existimans etiam · caritati
tuae · quod ad describendo illi uiuenti quem pro suis meritis ambo uenera
ramur · obtemperare · non rennui · Xpianos maxime ex
gentibus uenientes iudaizare non oportere · paulus apostolus
docet · ubi ait · Dixi petro coram omnibus · Si tu cum sis
iudaeus gentiliter · et non iudaice uiuis · quemammodum
gentes cogis iudaizare · Et secutus adiunxit · Nos natura
iudaei · et non ex gentibus peccatores · Scientes autem quoniam non
iustificatur homo ex operibus legis nisi per fidem ihu xpi · et nos
in xpo ihu credidimus ut iustificemur per fidem xpi et non ex
operibus legis · quoniam ex operibus legis non iustificabitur
omnis caro · Non solum autem illa opera legis · quae sunt in ue
teribus sacramentis · Et nunc reuelato testamento nouo non
obseruantur a xpianis · sicuti est circumcisio preputii et sab
bati · carnalis uacatio · et a quibusdam escis abstentio · et pecorum
in sacrificiis immolatio · et neomenia · et azimum · et cetera
huiusmodi · uerum etiam illud quod in lege dictum est non
concupisces · Quod utique etiam xpianis nullus ambigit ·
esse dicendum · non iustificat hominem nisi per fidem ihu xpi ·
et gratiam dei · per xpm dominum nrm · Idem ipse quippe dicit
apostolus · Quid ergo dicemus · Lex peccatum est · Absit ·
Sed peccatum non cognoui · nisi per legem · Nam concupiscen
tiam nesciebam · nisi lex diceret · non concupisces · Occasione
autem accepta · peccatum per mandatum operatum est in me
omnem concupiscentiam · Sine lege enim peccatum mortuum est ·
Ego autem uiuebam aliquando sine lege · Adueniente autem
mandato peccatum reuixit · Ego autem mortuus sum ·